

è memorie sede depositum esse. Imponito
jam, prout moris est, huic Evangeliorum libro
duos digitos, & conceptis verbis jurato.

JURAMENTI PRAESTATIO.

HÆc omnia mihi prælecta sum-
ma, qua potero, obedientia &
diligentia observabo, & faciam,
ut me DEV Sadiuvet, & hæc san-
cta DEI Evangelia.

Quoniam igitur non dubito, quin per to-
tum vitæ curriculum modo præstitum ju-
ramentum ob oculos habiturus, & omnia eius
contenta summa fidelitate sis observaturus:
nil jam restare video aliud, quam ut decretæ
victoriæ coronam tibi conferam.

Te itaq; JOHANNEM PAULUM
CRUSIUM Argentinensem, liberalium
artium ac disciplinarum Magistrum, in hac
florentissima assidentium & adstantium co-
rona, ob insignes ingenij tui dotes, præsertim
verò Artis Poëticæ doctrinam singularē, pe-
ritiam eximiam, ut moris est, vigore, actenore
Cæsarei huius nostri Diplomatis, tanquam
Comes Palatinus, AUGUSTISSIMA IMPE-
RATORIÆ AC CÆSAREÆ MAIESTATIS
AU-